

(s. citicea)
unblown

D. Articus juvenis venerunt ad mercedem Domini Patriarchæ, qui eos recepit in gratiam ^{et} Fecit banderam suam super dictum Castrum, & aliquot de Familia sua dimisit ibidem. ✓

Anno Domini M. CCC. VI. D. Ottobonus Patriarcha, die octavo exeunte Aprili, misit Vener. Fratrem Albertum Vicarium suum Civitatem : & ipso die Civitatenfes obsederunt Castrum de Wrumpfperch, & roncaverunt usque ad muros.

Eodem anno in Fefto SS. Gervafii & Protafii Dominus Patriarcha recuperavit Sacillum, quod fuerat detentum per D. Rizzardum de Camino.

Anno Domini M. CCC. VIII. die XIV. intrante Majo circa meridiem, D. Henricus de Pramperch, & Odoricus de Cucanea, una cum Dominis Wappertoldo & Bernardo Fratribus, filiis quondam D. Johannis de Zuccula, cum apparatu magno furtim intraverunt Civitatem hoc modo. Jacobus de Budrio, & Pertoldus de Fagedis cum quibusdam aliis eis faventibus ceperunt portam S. Sylvestri, percussis custodibus: & statim ascenderunt domum de Portis; & factis signis cum gladiis, intraverunt quidam, qui erant in burgo S. Sylvestri. Videntes illi de Zuccula cum magna gente descenderunt, & intraverunt Terram. Cum vero fuerunt in Terra, D. Valterpertoldus cum VIII. vel X. hominibus venerunt per infra muros apud domum Communis: & ibi ballistatus fuit D. Candidus de Canussio. Et cum nullus veniret apud eos, ut credebant, per eandem viam redierunt ad suos. Apud domum D. Odorici Longfactum erat quoddam obstaculum, & ibi nostri cum suis se ballistabant: & de domibus, & Turri Patriarchali, & Lusini fiebat magna defensio; nec ulterius permitti, nec ausi fuerunt transire, excepto D. Odorico de Cucanea, & Thomasuto ejus familiari, qui banderam portabat, cum sex vel octo aliis, cum impetu venerunt ad Forum. Et ibidem D. Thomasus interfectus fuit, dimissa bandera; & D. Odoricus cum aliis rediit ad suos per Præposituram. Fratres vero Prædicatores composuerunt inter partes, facientes treguas ad hoc ut recederent: & illi scientes per Nuncium, qui veniebat de Zuccula, eis indicantem, quod nobis veniebat subsidium, recefferunt cum magno damno; & quamplures vulnerati fuerunt ex eis, unde obierunt. Sequenti vero die statim Dominus Patriarcha misit gentem suam Civitatem, & percuti fecit ad terram domos prædictorum Dominorum de Zuccula, & quamplures alias.

Eodem anno illi de Zuccula furtive acceperunt
Castrum de Gronumberch ultimo Maii.

Anno Domini M. CCC. IX. die IX. Februarii, Reverendus Pater D. Ottobonus Patriarcha ivit Glemonam: & eodem die D. Conradus de Stumberch venit sibi in auxilium. Et XI. die dicti Mensis, suadentibus illis de Glemona, & eorum inductu, voluit Dominus Patriarcha obsidere Venzonum: & videntibus illis de Venzono, quod non poterant Domino Patriarchæ resistere, dederunt sibi C. libras gross. & muros ex pacto dimiserunt, & iuraverunt deinceps, Domini Patriarchæ semper parere mandatis.

Anno prædicto Dominus Patriarcha cum exercitu suo equitavit ante Gramolanum : & ibidem illo fero pernoctavit ; & combussit , & destruxit omnia usque ad Castrum . Et die sequenti post prandium venit Civitatem , & obsedit Zucculam cum gente sua , & D. Conradi de Stumberch , & Civitatenfes propter discordiam superius expressam : & roncaverunt omnia bona illorum de Zuccula , & continue percutiuntur interius cum tribus machinis . Dominus vero Patriarcha , cum suis

Tom. II.

significatum fuit, quod D. Rizzardus de Camino intrasset Forumjuli cum magno exercitu, quo audito Dominus Patriarcha recessit.

Anno ipſo die XII. Martii, Domini Henricus Comes Goritiæ, & Rizzardus de Camino, cum omnibus quaſi Caſtellanis obfederunt Cortinam de Sedelano, & ipſam habuerunt certis pactis, & omnia bona abſtulerunt.

Anno prædicto, in Festo B. Marci, prædicti Domini obsederunt Sacilettum : quo expugnato & capto, combufferunt turres, ac munitiones alias diruerunt.

Anno eodem, die III. exeunte Aprilì, dicti Do-
mini obfederunt S. Vitum, & ipsum habuerunt die
XI. Maii.

Anno prædicto, stantibus Dominis Henrico de Pramperch cum multis aliis Castellanis in destructione ante Maniacum, subito fecerunt impetum in eos quidam Stipendiarii Domini Patriarchæ, scilicet illi de Sacillo, & illi de Pinzano: & ex eis multos occiderunt, & quamplures capti fuerunt, inter quos captus fuit D. Henricus prædictus, & ductus Utinum; cui Dominus Patriarcha fecit in Utino caput amputari.

Anno Domini M. CCC. IX. de mense Junii, venit tanta multitudo locustarum in partibus Istriae, quod nullus hominum credere posset; quia ubi declinabant, segetes totaliter devorabant, & cantata usque ad terram. Postea iverunt Tulinum, & venerunt usque ad Antrum, ubi fecerunt magnum & incredibile damnum. Factae fuerunt processiones, & Deo dante, versus mare iverunt.

Anno præscripto , die II. post Festum S. Martini .
D. Rizardus de Camino venit Utinum cum magna
multitudine equitum , & hospitabatur in Grazano :
& erant cum eo de Prata, Porcileis , Spemgberch,
Cucanea , & alii plures Forojulienſes , omnes No-
biles de Tarvisio , & ejus districtu . Fuit autem
super pace reformanda inter eos cum Domino Pa-
triarcha pluribus diebus . Ipsi existentibus in tra-
ctu , & non concordantibus , præfatus D. Rizar-
dus die Dominico V. exeunte Decembri , tractatu
& inductu Magistri Nicolai , filii Albinuti de Uti-
no , qui habebat magnam partem in exercitu , ar-
mata manu post prandium intraverunt Utinum per
portam Grezani ; sed gratia & auxilio Dei factum
est , ut clausis omnibus portis , excepta illa
gula dictus D. Nicolaus perexerat in gurgite , ti-
mens advenire omnes .

mortui, inter quos fuit interfectus D. Walterus
pertoldus de Spengembergh; & alii multi Nobiles
Milites capti fuerunt ultra C. inter quos fuit ta-
lis qui redemit se pro mille Marchis: alii pro CC.
alii secundum posse suum. Itaque plures de Uti-
nensibus ob hoc plurimum fuerint ditati. Equi
boni & magni remanserunt infra laseos, & illaseos,
bene C. L. & gratia Dei procurante, nullus ex no-
stris fuit laseus. Tunc Dominus Patriarcha fecit D.
Henricum Comitem Goriciæ Capitaneum genera-
lem, qui congregato exercitu ivit ad recuperan-
dam infra scripta loca, quæ detinebat D. Guarne-
rus de Cucaneæ pro expensis factis, quando fuit
Vicedominus; scilicet Tricesimum, Artineam, Tul-
metium, & Scusam: quæ loca habuit, & recu-
peravit infra X. dies, & Montemalconem similiter.

Anno Domini M. CCC. XIV. Rev. Pater D. Ottobonus Patriarcha die X. exeunte Septembri, arripuit iter ad Dominum Lucam Cardinalem, vacante Sede Papali per D. Clementem Papam; & ipse inde revertente, gravi infirmitate detentus obiit in Comitatu Placentiæ in Castro de Arquar. & ibi sepultus anno Domini M. CCC. XV. XIII. Januarii.

1

Eodem

Linde
de Seeland

De Lac. letto

De, anche Vostro

Le morte domini Leinzi de
Prampoch

ille de Parisio lego

de Constant

Tetiam ^{haba}
 & blata ^(?) corredendo sonum et

~~Ceras~~ ⁽²⁾ ~~herbas~~ momento ~~herbas~~ herbas

Chalper Dominas
(the brother
members)

Les | zerblasse

conductor
conductor /tt

1/12
T^rgheani 7 L terre

1/price
F. 1.40 [conversione in fuzan]
... remanent
~~... rest of labor~~
et 2 et terre

sunt
17 de capitaneria com'ib
Gorine